e-codices

Nunc niſi tu mihi propere properaſ dare iam triginta minaſ
Quaſ ego apud te depoſui uitam propera deponere
Ly Non edepol nunc ego te mediocri macto infortunio
Sed eapſe illa qua mactare ſoleo quoi nihil debeo
Mil Ne te mihi facias ferocem aut ſupplicare cenſeas
Ly Nec tu me quidem unq̄ ſubiges redditum ut reddam tibi
Nec daturus ſum. Mil Idem ego iſtuc quom credebam credidi
Te nihil eſſe redditurum. Ly Quor nunc a me igit̄ petis:
Mi Scire uolo quoi reddidiſti. Ly Luſco liberto tuo
Is ſummanum ſe uocari dixit: ei credidi q̄ haſ tabellas
Obſignatas attulit. Mi Quaſ tu mihi tabellas:
Quos tu mihi luſcos libertos quoſ ſumanoſ ſomnias:
Nec mihi quidem libertuſ ullus ē. Ly Facis ſapientiuſ
Quam pſ lenonum libertos qui hn̄t et eos deſerunt
Mi Quid feciſti. Ly Quod mandaſti feci tui honoris gr̄a
Tuum qui ſignum ad me adtuliſſet nuntium ne ſpernerem:
Mi Stultior ſtulto fuiſti q̄ his tabellis crederes
Ly Quiſ res publica et priuata geritur non eis crederem:
Ego habeo tibi reſ ſolutaſ recte bellator uale
Mil Quid ualeam: Ly At tu egrota ſi uiueſ p̄ me quidem ętatem
Mil Quid ego nunc faciam: quid refert me feciſſe regibuſ
Ut mihi obedirent ſi hic me hodie umbraticuſ deriſerit.

CAPADOX LENO MILES

Quoi homini dij ſunt propitij ei nō ē iratoſ puto
Poſtq̄ rem diuinam feci uenit in mentem mihi
Ne trapezita exulatum abierit argentum ut petat
Ut ego potius comoedam q̄ ille iuſſeram ſaluere
Tethera pontigone platagidore ſalue ſaluus quō aduenis
In epidaurum hic hodie apud me nunq̄ delingeſ ſalem
Mil Bene uocas. uerum uocata reſ eſt ut male ſit tibi
Sed quod agit mercimonium apud te. Ca Nihil apud me quidem
Ne facias teſtes. neque equidem debeo q̄cq̄. q̄d ē. q̄d fui iuratus fui
Mil Reddin an non uirginem priuſq̄ te huic meae macherę obijcio maſtigia
Cap Uapulare ego te uehementer iubebo ne me territes
Illa abducta eſt tu auferere hinc a me ſi pergeſ mihi
Male loqui profecto quoi ego n̄ malum nihil debeo

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 63v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/63v)